





DISSE<sup>17</sup>  
DISSERTATIO INAUGURALIS,  
DE  
**USU PRACTICO DI-  
STINCTIONIS HOMINUM  
IN INGENUOS ET LIBERTINOS,**

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENB. ET DUCATUS MAGDEB. GUBER-  
NATORE, RELIQUA.

Ex decreto & auctoritate Illustris JCtorum ordinis  
**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTI-  
MO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PRO-  
FESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ  
ORDINARIO, h. t. DECANO,

**PRO LICENTIA,**

Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia  
legitime consequendi

IN AUDITORIO MAIORI

*Ad d. 1. Octobr. Anno M DCC XI. boris ante & pomeridianis*


Publico Eruditorum Examini submittit

**ARNOLDUS von der PORTZEN,**  
Clivia-Clivensis.

---

*Hanc Magdeburgicæ, LITTERIS Salfeldianis.*





DISSERTATIO IMAUGURALIS,  
De  
**USU PRACTICO DISTIN-**  
**CTIONIS HOMINUM IN**  
**INGENUOS ET LIBETINOS.**

*CAPUT I.*  
**Explicatio & emendatio institutio-**  
**num juris Romani.**

SUMMARIA.

*In liberis hominibus multe differentiae. §. 1. Sunt vel ingenui vel libertini. §. 2. Ingenuus quis jure Romano. §. 3. Libertinus quis. §. 4. Manumisso quid. §. 5. Manumis-  
tio per censum, §. 6. Per vindictam. §. 7. Per testa-  
mentum & codicillos. §. 8. In ecclesia. §. 9. Per  
epistolam, inter amicos, per convivium. §. 10. Justi-  
niani dispositio de quinque testibus adhibendis. §. 11.  
Alii modi libertatem servis dandi. §. 12. Inter quos  
multi a Justiniano inventi. §. 13. Usus distinctionis*

A 2

inter

inter ingenuos & libertinos. §. 14. Quo sensu ingenuorum unus sit status. §. 15. Quid libertatis nomine veniat in definit. ingenuorum. §. 16. Jura privata ingenuorum. §. 17. Libertorum olim una libertas cum ingenuis. §. 18. Quod amplius non ferebat utilitas Reip. tempore Augusti. §. 19. Hinc lata lex *Elia Sentia*. §. 20. Que quosdam libertos voluit uti jure dedititorum. §. 21. Populi dedititii qui. §. 22. Jura libertorum dedititorum. §. 23. Porro Tiberius lata lege Junia Norbana, introduxit latinos Juriianos. §. 24. Jura latinorum Juriianorum. §. 25. Differentia inter natalium restitutionem & jus aureorum annulorum. §. 26. Historia juris aureorum annulorum. §. 27. Libertorum dedititorum & latinorum comparatio. §. 28. Etiam secundo seculo constitutiones illa de libertinis in usum revocate. §. 29. Justinianus tollit differentiam inter ingenuos & libertinos salvo jure praeconatus. §. 30. An prudenter. Fragmenta juris veteris in pandectis. §. 31. Excusatio Justiniani. §. 32. An primus differentiam illam sustulerit. §. 33.

§. I.

In liberis ho  
minibus mul  
te differen  
tiae.



E servis haec tenus. In liberis hominibus earumque conditione multæ sunt differentiae. (a) Cum enim omnis status jus variet, erit etiam liberorum hominum jus pro differentia status differens, sive publicum sive privatum. Idque apud omnes gentes

(a) §. ult. inst. de jure person.

(b) d. §

gentes ita obtinet, ergo tam apud Romanos, quam Germanos.

§. II.

Primaria differentia olim erat, quod homines liberi aut ingenui essent aut libertini. (b)

Sunt vel ingenui vel libertini.

§. III.

Ingenius apud Romanos est, qui a matre a tempore conceptionis ad tempus partus vel ad momentum libera natus est, etiamsi conditionem suam ignorans servierit, & postea manumissus fuerit. (c)

§. IV.

Libertini sunt, qui desierunt esse servi, quod potius fiebat manumissione. (d)

Ingenius  
gus.

§. V.

Manumissio est de manu, id est potestate Domini Manumissio, seu datio libertatis solennis, consensu domini quid facta. (e) Et hic modus quatenus a solennitate abstrahas, est juris Gentium. (f)

A 3

§. VI. An-

(b) d. §. ult.

(c) pr. & §. i. inst. de ingen.

(d) Nam sunt & alii modi secundarii, quibus quis absque manumissione definiebat esse servus, de quibus mox dicimus. Ita etiam conciliantur duas definitiones libertinorum, quorum utramque attulit Tribonianus pr. inst. de libert. Primum initio principii: libertini

sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt. Secundam in fine: Libertini, qui desierunt esse servi.

(e) Argumento pr. inst. de libert. juncto §. i. Principium continet primum definitionis membrum. Posterior desumptum est ex §. i.

(f) Justinianus dicit d. pr. Manumissionem a jure Gentium originem sumisse, id est, qua-

## §. VI.

*Manumissio  
per censum.*

Antiquissimus modus manumittendi apud Romanos est, qui fiebat censu, cum nempe servus iussu domini, in comitiis nomen suum in censum lustralem conferebat. (g)

*Per vindictam  
etiam.*

*Per testam  
mentum &  
codicillos.*

Succedebat alter per vindictam coram Proconsule, Prætore, Præside, etiam in balneum & theatum eunte: quomodo primus Vindicius, Vitelliorum servus manumissus esse creditur. (h)

## §. VII.

Post leges XII. tabularum fiebat etiam testamento & codicillis, idque verbis vel directis: *Datus servus meus*

quatenus abstrahit a solennitate. Nam solennitates sunt a jure civili.

(g) Hic modus per Servium Regem est institutus, & videatur desisse jam tempore Tiberii Imperatoris, sub quo comitia e campo, ad patres translata sunt; Certe multo ante Ulpiani tempora desisse patet ex fragmento Ulpiani. Quare etiam hunc modum omisit Justinianus §. 1. inst. b. t. Adde Oisel, ad Caij inst. lib. 1. tit. 2. pag. 17. Wilhelm a Loon de manumiss. serv. apud Romanos lib. 1. cap. 1. §. 4. & 10to cap. 2.

(h) §. 1. & 2. inst. b. t. Roma coram Consule & Prætore, in Provinciis coram Præside & Proconsule, item & coram Præfecto Ægypti, & coram Magistratis municipalibus. In universum apud omnem Magistratum, qui legis habebat actionem. Oiselius ad inst. Caij. d. 1. t. tit. 2. p. 18. Livius lib. 2. c. 5. Primum indici pecunia ex araria, libertas & civitas data est. Illa primum dicitur vindicta libertatis. Quidam vindictæ quoque nomine tractum ab eo putant. Vindicta ipsi nomen fuisse, Adde Loon d. 1. cap. 3.

(i) §. 1.

liber esto; Unde liberti Orcini: vel precatiis: Rogo ha-  
redem meum, ut Davum manumittat. Si sub conditione  
iis libertas daretur, dicebantur statu liberi. (i)

§. IX.

Postea lustrali censu sub Imperatoribus intermis-  
so, in locum manumissionis per censum a Christianis  
Imperatoribus suffectus est modus manumittendi in  
Ecclesia. (k)

§. X.

Denique fiebat etiam per epistolam, qua Domi-  
nus testabatur, se servo libertatem dare, aut inter ami-  
cos, aut convivii adhibitione, cum expressa testatione  
Domini, quod servum suum jubeat esse liberum. (l)

§. XI.

Sed manumissionem per epistolam Justinianus  
tum demum efficacem esse jusit, si quinque testes sub-  
A 3 dispositio de  
scripsent, quinque te-  
stibus adbi-  
tendis.

(i) §. 1, inf. b. t. junct. §. 2, inf.  
de sing. reb. per fideicom. reliq.  
tr. i., ff. de statu liberis Oiselius  
a. l. p. 14. Loon l. i. c. 4.

(k) Hinc & Imperator §. 1, inf.  
b. t. modum manumittendi in  
Ecclesia primo loco refert, quia  
suffectus hic modus in locum  
modi primi manumittendi per  
censum. Censorum autem offi-  
cium non quadrare ad statum  
Reipubl. Monarchiz probavit  
Dn. Praes in dissert. de judicio

seu censura morum cap. 2. Adde

Oiselius d. 4. p. 15. 16. Loon d. 1.

cap. 5.

(l) §. i. hic. Manumissionis  
Per epistolam exemplum ha-  
bes in l. 38. ff. de acquir. possif.  
& apud Eustathium lsm. lib. 1.  
De manumissione inter amicos  
conf. Plin. l. 7. Epist. 26. Martial,  
lib. 9. Epigr. 88. Ulpian. Pragm.  
tit. 1. Adde Oiselius p. 21. seq.  
Loon lib. 2, cap. 2, 3, 4.

(m) l. un,

scripserint, & eam quæ inter amicos si nimirum quinque testes præsentes fuerit. (m)

## §. XII.

*Alii modi libertatem servis dandi.* Sunt & alii multi modi, quibus quis circa manumissionem apud Romanos libertatem consequebatur. Qui communiter ad duo summa genera possunt referri. Vel enim invitis Dominis servi libertatem consequebantur, vel ex voluntate quidem Domini, sed non diserte, quod libertatem Dominus servo dare vellet declarata. (n)

## §. XIII.

(m) *L. un. §. 1. & 2. Cod. de latina libert. tollend. Wifsenb. ad d. l. un. p. 23.* Unde fallitur, aut certe obscure loquitur Loon. d. c. 2. & 3. quasi scilicet jam ante Justinianum in manumissionibus per epistolam aut inter amicos quinque testes præsentes esse debuerint, teste videlicet Justiniano d. l. un.

(n) Scilicet i. si servus domini necem vindicasset *L. i. Cod.* quibus ex causis servi pro proprio &c. 2. Si falsarium moneata, virginis raptorem, desertorem militiam detulisset. *L. 2. 3. 4. Cod. eod.* 3. Si agrotus a Domino per vim fuisse ejectus, neque alterius cura demanda-

tus *L. un. §. 3. Cod. de lat. libert. toll.* 4. Si liberam duxisset dominio consentiente *Auct. ad hoc Cod. cod.* Si eum dominus ad optatet §. fin. inst. de adopt. 6. Si eum suum filium appelleasset *L. un. §. 10. C. de lat. libert. toll.* 7. Si voluisset testator suus hares, ut servi pileati finus dominii comitentur d. l. un. §. sed & qui. 8. Si servus pertinac nos 20. in libertate esset moratus *L. fin. Cod. de long. temp. pra script. qua pro libert.* 9. Si post quinquennium in possessione libertatis mortuus fuisset fin. ff. ne de statu libert. post quinquennio. 10. Si servus a domino hares vel tutor esset scriptus pr. iug. de hared. qualit. §. 1. inf. que ita

Justinianus  
Rompus  
nianus  
Ubi  
stinia  
sepor

flam.  
minus  
C. de l.  
cipiu  
perver  
manci  
ps po  
set, to  
56. §.  
Si serv  
culo P  
jubem  
15. Si  
cerdos  
to do  
Nov. 1  
ulteriu  
Rivar  
Briffon  
Tholc  
Donel

§. Xlll.

Cum vero inter illos modos haud pauci sint, a <sup>Inter quos</sup> Justiniano demum inventi, præter aut contra mores <sup>multi a Ju-</sup> Romanorum antiquos, (o) latus se quidem offert cam-<sup>finiano in-</sup> pus differendi & examinandi, utrum mores Antejusti-<sup>veni,</sup> niane aut novatio Justiniani magis fuerint Reip. utiles. Ubi vereor, ut palmam obtinuissent constitutiones ju-  
stiniæ. (p) Sed istam quidem discussionem ideo seponimus, quia jus Romanum quoad modos hosce

B

recen-

ibique Hilliger, Vigil, meth. jur. civil. l. 19. c. 5. seq.

(o) §. 3. insp. de libert. in fine. Vide leges in præcedenti nota ad singulos modos allegatas, unde facile patebit, quænam ex illis sint Justiniani.

(p) Ignoscant adoratores Ju-  
stiniæ. Et si fabulam sapient multa, qua Procopius in Anec-  
dotis de stupiditate Justiniani aruit, non is tamen fuit Ju-  
stiniæ, a quo exemplum sumendum habeant Principes in legibus ferendis. Ut pate-  
bit ex mox dicendis, & ex no-  
tandis ad alios etiam institu-  
tum titulos. Neque seculum  
etiam Justiniani ferebat homi-  
nes genuina prudentia Politica  
præditos.

(q) Ut

qui et  
fama  
mora  
op. pre-  
si post,  
sitione  
t. fin.  
iniquum  
heres  
pr. inf.  
qui et  
fama

recensitos non habet usum practicun apud Germanos. (q)

§. XIV.

*Uso distincti.* Usus distinctionis hominum liberorum in inter ingenuos & libertinos apud Romanos ille erat, quod omnium ingenuorum unus esset status, libertorum autem tria essent genera, civium Romanorum, latinorum, deditiorum. (r)

*Quo sensu  
ingenuorum  
unus sit sta-  
tus.*

Hoc est, et si ingenui dividerentur in Nobiles seu Patricios & plebejos, (s) hique diversi ingenuorum statutus diversis quoque intuitu juris publici, v. g. suffragiorum, honorum, stipendiorum &c. juribus uterentur; omnes tamen ingenui, quoad jus privatum uno & simili jure utebantur, id est omnes hoc intuitu æque erant cives. (t)

§. XV.

*Quid liber-  
tatis nomine  
veniat in de-  
finit. ingen.* Quare in definitione ingenuorum intelligenda est legitima libertas, qua quis non solum liber a Domino est, sed & qua quis civis Romanus est. (u)

§. XVI.

(q) Ut patebit ex dicendis cap. seq.

(r) §. 3. inst. b. t. Gajus in fragm. tit. 2. in princ.

(s) Huc etiam referenda divisio similis ingenuorum in gentiles & vulgares, cuius mentionem Matthias Stephani ad Nov. 78. p. 408.

(t) Dion, Halic. lib. 1, Franc,

Baldwin. ad inst. de jure personarum in fine. Paul. Voet. ad §. i. hic. p. 124.

(u) Cicero pro Cecina. <sup>¶</sup> potest ex jure Quiritium liber esse, qui non est civis? Hinc foris Tribonianus etiam divisionem liberorum hominum in cives & peregrinos non peculiariter tradidit. Addit. Oisell. d. l. p. 12.

(w) Vina-

§. XVII.

Gaudebant igitur ingenui omnes jure connubio-<sup>Jure private</sup>  
rum, testamenti, nexus, mancipii, patriæ potestatis &c.<sup>ingenuorum,</sup>  
Maxime vero, quod testamenta facere & ex testamen-  
to acquirere possent. (w)

§. XIX.

Libertos vero quod attinet, erat olim in statu Re-<sup>Libertorum</sup>  
gio, cum Servius Tullius servos in censu manumissos  
dives Romanos esse jussisset, una & simplex libertas,<sup>olim una li-  
bertas cum</sup>  
eadem nempe, quam Dominus manumittens habebat  
intuitu juris privati, et si intuitu juris publici liberti sal-  
tem omnium jurium, quibus plebeji utebantur, facili  
fuerint participes. (x)

§. XIX.

Quamvis autem Servius Tullius hac exæquatio-<sup>Quod am-  
plius non fe-  
rebat utilitas</sup>  
ne libertorum & ingenuorum pro illo rerum statu non  
imprudenter fecerit, aucta tamen republica, & crescen-<sup>Reip. tempo-  
re Augusti.</sup>  
te luxu, Augusti tempore jam res eo devenerat, ut ser-  
vi insigniter nequam a dominis imprudentibus vel pa-  
riter sceléstis manumissi stomachum moverent viris de  
decoro Romano & damno Reipublicæ sollicitis. (y)

B 2

§. XX.

(w) Vinnius in notis hic. Ga-  
jus tit. 2, S. 4. & ibi Oisell. p. 30.  
(x) §. 3. inst. hic versic. quia &  
a primis &c. Dion. Halicarn. An-  
tig. Rom. lib. 4. cap. 26. Loon.  
lib. 1. c. 1. §. 2. & 4.  
(y) Graviter eam in rem dis-  
serit Dionysius Halic. Antiq.

Rom. l. 4. c. 28. Quia in servitu-  
tum mentionem incidimus, inquit  
Gelenio & Sylburgo interprete,  
necessarium mihi videatur hoc loco  
dicere, quare circa servitia tum  
temporis Romanorum fuerint insti-  
tuta, ne vel Rex ipse (Servius Tul-  
lius) qui primus aggressus est,  
e liber.

e libertis cives facere, vel, qui hanc legem receperunt, reprehensionem cuiuspiam incurvant, quasi bona temere profundant. Parabantur ergo servi modis justissimis, aut sub hasta empti e prada publica ab ipsis dominis bello capti, & Imperatoris permisso decenti, cum exercitum militiae commodis: aut emit ab his, qui talibus modis eos sibi comparassent. Non inbonsum igitur aut inutile civitati putavit Tullius, & qui ejus institutum sunt secuti, si, qui belli jure patriam & libertatem amississent, ab heris suis, vel iis, qui primi eos mancipassent, vel iis, qui ab aliis eos emissent, unicunque istud bonum recuperarent: Affequebantur autem libertatem plurimi gratis, honestatis ac probitatis merito, (atque hec manumissionis optima erat ratio) pauci autem numerato prelio, quod labore per Ius & fas conquisissent. At non ita nostro tempore, sed tatis est rerum confusio, & sic ad sortes ac ignominiam degeneravit Romanorum probitas, ut nonnulli a latrociniis, parieum perfosionibus, proflitutionibus, omnibusque alii sceleribus pecunia collecta libertatem redimant, statimque se Romanos faciant; alii consciū dominis & sociū veneficiorum, homi-

cidiorum, facinorumque cum contra Deos, tum contra Remp. suscepitorum, eam ab illis gratiam recipiant. Quidam ideo manumisuntur, ut acceptum e publico frumentum menstruum, & si qua libralitatem in egenos cives conferuntur a Principib; dent his a quibus facti sunt liberi. Alii per herorum levitatem, gloriam inde asplantium. Scio, qui tota servitia testamento libera esse iusserunt, ut benignitatis laudem ferrent post obitum, & in funeris elatione leticam eorum magna pileorum persequeretur frequentia, in qua pompa quidem erant, ut a sanctis tibus audiui, recens dimisi e carcere, malefici, mille supplicia commeriti. Ilos impuros urbis pilos plerique cum stomacho aspergunt, & respuum eorum consuetudinem, indignum facinus clamantes, populum rerum dominum, & usurpantem sibi orbis imperium ratus contaminari civibus. Sunt & alii multa reprehensione digna, quibus ticer recte instituta sint a majoribus, bac etas abutitur. Ego item hanc legem non tollendam censeo, ne quod gravium malum Reipubl. inde proveniat, sed corrigenda, que possunt corrigi, non nego verum, nec disimulandum tantum dedit-

§. XX.

Prudenter itaque Augustus a colluvie servilis *Hinc lata lex* sanguinis incorruptum servare populum intendens, *Elia Sentia.* lege *Ælia Sentia* lata partim intempestivam manumit-tendi pruritum, partim servorum manumissorum jura coercuit & limitavit. (z)

§. XXI.

In qua etiam illud constitutum, ut servi antea *Que quo-* a domino pœnæ causa vincti, quibus vestigia inscripta *dam libertos* fuerint, propter noxam torti, aut ut ferro, & cum be-*volut ut* *Itis pugnarent traditi, postea manumisisti uterentur fal-* *jure dediti-* *ciorum.* tem jure deditiorum. (a)

B 3

§. XXII.

*dedecorum & macularum ineluti-bi- dicere, qui Romanorum mores* *lum in civitatem invehi. Que* *carpunt.*

(z) *Suetonius in Augusto* cap. 40. *Dio Cassius lib. 55. m.* 556. *Antonius Augustinus de* *legibus, hac lege.*

(a) *Ulp. fragm. tit. i. Cajus* lib. 1. tit. 2. §. 3. *Oifelius ibid. p.* 24. seq. *Loon. lib. 2. cap. 8.* Limitationes aut potius expli-cationes hujus capitis habet *Paulus sent. lib. 4. tit. 12. §. 3. 5.* 6. 7. 8. *Tormentis apud Presidem* *tributum adscriptos finam urbem in-* *colere, scelastam vero & impuram* *subjectius & de nulla culpa confes-* *sus ad justam libertatem perduci* *potest. Communem servum unus* *multitudinem honesta specie able-* *que aliquo in coloniam. Hec sunt,* *& postulante arguento justum* *non nocet. Inter pares enim* *necessarium existimavi apud eos* *senten-*

*Populi dediti-  
tum qui.*

## §. XXII.

Erant vero populi dedititii, qui armis Romanis ad extrema redacti, vel ex alia gravi necessitate impulsi se, urbem, agros, aquas, terminos, delubra, uterfilia, divina humanaque omnia in potestatem populi Romani dederant. In signum autem hujus deditioonis plerumque sub jugum mittebantur. (b)

## §. XXIII.

*Jura liberto-  
rum dediti-  
tiorum.*

Uti igitur dedititii populi jure civitatis Romanæ non acquirebant, ita & liberti dedititii jura ingenuorum & libertatem illam civilem non acquirebant, sed salem libertatem juris Gentium, quod domino carerent, immo nec unquam poterant ad jura civitatis Romanæ adspirare. (c)

## §. XXIV.

*Sententias clementiori severiori pra-  
fertur. Et certe humana rati-  
nis est, favere miserioribus, &  
prope innocentes dicere, quos ab  
soluto nocentes pronunciare non  
possum. Debitor creditorve ser-  
zum pignoris vinciendo dedititium  
facere non possunt. Alter enim sine  
altero causam pignoris deteriorem  
facere non potest. Servus furiosi  
domini vel pupilli iussu vincitus de-  
dedititorum numero non efficitur,  
quia neque furiosus, neque pupil-  
lus ex alti consili capax est. Non  
tantum si ipse dominus vinciat, no-  
net libertati, sed &, si vinciri ju-  
beat, aut vincientis procuratoris*

*actorisve factam comprobet. Quod-  
si, antequam sciret vinculum, re-  
lutionis ejus causas approbaruit,  
libertati future vincula non nati-  
bunt.*

(b) Oiselius p. 24. ex Livii lib. 1. & 9. Dion. Halic. lib. 3.  
28. Romanis mos, quiores boiles traditis armis dedititionem facie-  
unt, duo tigna recta humi digesta  
re, bisque tertium transversum  
superimponere, captivosque sub  
ista tigna ducllos transmittere at  
que liberos ad sua dimittere. Hoc  
ipsi jugum vocant.

(c) Sueton. in Augusto c. 48.  
Caius

§. XXIV.

Successor Augusti Tiberius eadem ratione, qua Porro Tibe-  
rius, lat. le-  
Augustus commotus lege Junia Norbana limitavit jura  
manumissionum variis modis. Potissimum caput illius ge Junia Nor-  
legis erat, ut qui epistola vel inter amicos vel convivii bana, intro-  
adhibitione (non observatis videlicet illis requisitis, qua duxit latinos  
Justinianus postea his modis manumittendi præscriptis,  
ut, qui tum non erant in usu, neque necessarii,) (d)  
manumisisti essent, & in genere, qui non manumisisti es-  
sent censu vel vindicta, vel testamento, non fierent cives  
Romani, sed acciperent saltē jura latinorum, unde  
dicebantur latini Juniani. (e)

§. XXV.

Erant equidem Latini socii & federati Romano- Jura latino-  
rum, sed civitatis tamen jus non habebant. (f) Pari rum Junia-  
modo

Cajus tit. 2, §. 4, ibique Oiselius  
P. 43. confer supra §. 10.

(d) Vid. jam supra dicta tb.  
XI. lit. m. Inter dissentientes est  
etiam Antonius Augustinus de  
LL. & SCris ad legem Juniam Nor-  
banam p. 93. Quasi sc. Justinia-  
nus in d. l. un. de lat. libert. toll.  
referat modos, quibus antea  
latini constituti fuerint, eoque  
etiam refert Augustinus circum-  
stantiam quinque testium. Sed  
uti totus contextus d. l. un. po-  
tius innuit, circumstantiam

quinque testium a Justiniano  
pristinis illis modis esse addi-  
tam, ita de quinque testibus  
alii scriptores veteres nihil ha-  
bent. Nec obstat Martialis  
Epigramma 88. lib. 9. quod vi-  
detur seduxisse Loonium. Nam  
Poeta mentionem quidem si-  
gnationis testium facit, sed de  
numero quinario nihil habet.

(e) Antonius Augustinus d. l.

(f) Ut ex Livio, Dionysio  
Halicarnasseo, Dione Cassio &c.,  
nullum est dubium.

(g) Re-

modo latini Juniani erant quidem liberi homines, sed pariter ut dedititii non erant cives Romani. (g) Poterant tamen latini Juniani ad civitatem adspirare varis modis, puta, beneficio principali, liberis, iteratione manumissionis, militia, nave, ædificio, pistriño, præterea ex SCto, veluti, quæ sit ter enixa. (h)

## §. XXVI.

*Differentia* Ad beneficium, Principis pertinent etiam natalium restitutio, & jus aureorum annulorum, quamvis natalium restitutio plenior sit quam jus aureorum annulorum. Natalibus enim restituti a Principe per omnia & in omnibus ingenui erant, nec juri patronatus amplius obnoxii, unde Principes non facile solebant quenquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono. At qui faltem jus aureorum annulorum impetraverant, accipiebant quidem jura ingenuorum, sed salvo jure parrotatus. (i)

## §. XXVII.

*Historia iuris aureo-* Quod aureos annulos attinet ita quidem Isidorus: Annulum aureum neque servus, neq; libertinus gestabantur annulo publico, sed annulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi ferreo. Error varius & multiplex. (k)

(g) Repete dicta §. XXIII.

(h) Hos modos latius expo-  
nit fragmentum Ulpiani iii. 3.  
ad quod confer etiam notas  
Cujacii & notas Dionysii Go-  
thofredi.

(i) i. i. f. & C. de natalibus re-

situendis, & de jure aureorum

annulorum. Ant. Pererz. ad d. 1.

Cod. de jure aur. annul. March.

Steph. ad N. 78.

(k) (1) Quod omnes liberi

gestavent aureos annulos,

(2) quod libertini argenteo

(3) quod

Soli Senatores olim & Equites, nec omnes aureos annulos gestabant, successu temporis, crescente luxu, aurei annuli initio cum plebe, tum & cum libertis communicati. Ferreis utebantur omnes. Argentei nusquam memorantur ab antiquis scriptoribus, nisi unico casu speciali. (1)

## §. XXIX.

Conveniebant igitur liberti latini & dedititii, quod *Libertorum*, liberti utriusque classis non essent cives Romani, & qua *dedititorum* tales, neque testamentum facere, neque aliquid ex testamento capere poterant, sed utriusque succedebat *Latino-rum compara-tio*. Differebant, quod melior esset latinorum con-tronus. Differebant, quod melior esset latinorum con-tronus, ob spem adipiscendæ civitatis, & quod intuitu hu-jus spei hæredes institui possent, quodque tanquam pe-

C regnini

(2) quod servi quasi soli fer-reo usi fuerint. Ut patebit ex statim dicendis.  
(1) Ex Plinio nat. histor. lib. 33. c. 1. doctrinam de usu aureo-rum annulorum in ordinem redagit Lipsius Elect. lib. 2. c. 8. & fuisus Johannes Kirchmann de annulis c. 15. 16. Summa eo re-dit. Annulorum ferreorum usus apud Romanos erat anti-quissimus. Sed aureos annu-los primis Reip. temporibus ne-Senatori quidem licebat gestare, sed saltum legatis ad exte-ras Gentes, qui tamen legatio-

ne peracta, iis in publico sal-tem utebantur, intra domos ferreis, quibus etiam subse-quentibus temporibus trium-phantes & adhuc Augusti tem-pore Senatores usi. Postea Se-natoribus non plebejis jus au-reorum annulorum fuit. Se-quenti tempore etiam Equiti-bus & Tribunis, & quidem Equitibus, qui censum eque-strem habebant: Quo immi-nuto etiam annulum depone-bant, quod & in cessione bo-norum fieri solebat. Argen-teos quod libertini gestaverint nemo

regrini commercii jus haberent in rebus mancipi, cum  
dedititii ne quidem ut peregrini considerarentur. (m)

§. XXIX.

nemo antiquorum meminit. (Neque etiam quod Plebeji, ut quidem vult Kirchmannus d.c. 15. p. 152. Nam Plinius lib. 33. c. 12. de argenteis compedi- bus plebejorum loquens non intelligit annulos, sed vel calceos, ut vult Dalechampius, vel aliud quoddam ornamentum pedum. Istum vero casum tanquam specialem *ibidem* notat Plinius, quod Nobilis quispiam ordine motus argenteos annulos gestaverit, quod miror præter vidisse Kirchmannum. Sed absolvamus excerpta ex eodem.) Ferreos tantum annulos gestabant initio servi, magis ad usum signationis quam ad ornatum. Successu temporis etiam ex plebe aliqui aureis annulis donabantur a Magistris, ultimis potissimum temporibus libera Reip. Augustus quibusdam libertis id jus indulgebat, eosque in Equestrum ordinem adscribebat. Tiberius constituit, ne cui jus aureorum annulorum esset nisi

cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno festertia 400. cenius fuisset, & lege Julia theatrali jus in 14. ordinibus sedendi. (conf. Anton. August. ad h. l. p. 85.) Sed constitutio illa non diu duravit, cum statim sub Claudio, Galba, Vitellio, Domitiano & sequentibus Imperatoribus liberti, etiam nequam, annulis aureis donarentur a Principibus, qui tamen id aliquando concedebant cum patronorum consensu. Unde Commodus jus aureorum annulorum ademit, qui invitatis aut ignoratis patronis id acceperant.

(m) Ulpianus tit. 19. & 21. O-  
selius ad Caj. lib. 1. tit. 2. p. 30. seqq.  
Sunt, qui differentiam inter la-  
tinos & dedititios libertos sic  
vouerunt exponere. Latinos sic  
vixissi ut liberos, mortuos esse  
ut servos. Dedititios vixisse  
ut servos, mortuos esse ut li-  
beros. Obscurissime & fal-  
Si prius membrum debetur qui-  
dem Justiniano §. ult. de success.  
libert. Sed quoad phrasin lib-

civita-  
tione:  
tinet  
benefi-  
tur ta-  
liber-  
cunq-  
dixim-  
luit ei-  
vella  
fuscul-  
bercis  
restitu-

tem;  
voluit  
beros,  
led ide-  
rum ef-  
patron-  
morte-  
tellec-  
ultrima-  
extrem-  
domini-

§. XXIX.

Porro & subseq[ue]ntes Principes studio purgandi civitatem ab indignis civibus, nonnunquam constitu-  
tiones has Augusti & Tiberii extenderunt. Quo per-  
tinet edictum Trajani, ut libertus, qui invito patrono  
beneficio Principis jus Quiritium impetrasset, morere-  
tur tanquam latinus. (n)

Eiam secun-  
do Seculo  
constitutio-  
nes ille de li-  
bertinis in  
usum reva-  
cate.

§. XXX.

Justinianus vero non solum latinam & dedititiam libertatem duabus constitutionibus sustulit, & quem-  
cunque servum, quocunque modo (sed, ut jam supra diximus, adhibitis quinque testibus) manumissem, vo-  
luer esse civem Romanum, sed & postea peculiari No-  
vella omnem distinctionem inter ingenuos & libertinos fuitulit (salvo tamen jure patronatus) omnibusque li-  
bertis ipso jure jus aureorum annulorum & natalium restitucionem indulxit. (o)

C 2

§. XXXI.

tem, neque enim Justinianus voluit solos latinos vixisse ut liberos, mortuos esse ut servos,

sed idem de deditiis etiam verum est, intuitu sc. successionis patronorum. Ergo falsum est, deditios vixisse ut servos, mortuos ut liberos. Neque intellectum habet hæc phrasis ultima, nisi in iis, qui in morbo extremo manumiscebantur a domino: Cujus exemplum ha-

bet Martialis lib. 1. Epigr. 102.  
Addo Loon. p. 173. §. 7.

(n) Wissenb. ad l. un. Cod. de lat. libert. toll. p. 26. §. ult. inst. de success. liberorum. De constituti-  
tione Commodi repete modo dicta lit. l. in fine.

(o) §. ult. inst. hic, l. un. C. de dedit. libert. toll. l. un. C. de lat. li-  
bert. toll. ibique Wissenb. N. 78.  
ibique Stephani.

(p) 44

*An pruden-  
ter? Fragmen-  
ta juris veter-  
is in Pande-  
tis.*

*Excusatio  
Justiniani,*

Licentius hoc fecisse Justinianum quam honestius, non immerito judicat Wissenbachius. (p) Tri-  
bonianum vero multa fragmenta juris veteris a Justi-  
niano abrogati in Pandectis retinuisse, notat eaque re-  
censet Franciscus Baldinus. (q)

### §. XXXII.

Excusare tamen forte poterit Justinianum com-  
munis corruptio suorum temporum, & quod antiquae  
constitutiones de deditiis & latinis libertis ejus tem-  
pore fere desierint esse in usu, imo, quod distinctio ju-  
rium inter ingenuos & libertinos magis quadrare vi-  
deatur ad statum Reipublicæ Aristocraticum quam ad  
Monarchicum. (r)

### §. XXXIII.

(p) *Ad tit. Cod. de jure aur. ann. p. 360.*

(q) *In Justiniano lib. 3. p. 276.  
seq. sc. hic pertinent potissimum l. 46. de manum. testam. l. 13.  
§. 5. de statu lib. l. 29. §. 1. fam. her-  
cise. l. 29. de reb. dub. l. 216. de V.S.  
l. 43. de fideic. libert.*

(r) *§. ult. b.t. Vides: statim sub Servio Tullio nulla fuit differ-  
entia juriū inter ingenuos &  
libertinos. At sub libera Re-  
publica (quæ tamen magis no-  
mine talis erat, re ipsa Aristocra-  
tia aut certe Aristocratis pro-  
pior) multa differentia & præ-  
rogativa erant ingenuorum*

præ libertinis. Sub novis Mo-  
narchiæ initii statim sub Au-  
gusto & Tiberio confusio diffe-  
rentiarum illarum oriebatur,  
ita ut opus esset lege Ælia Sen-  
tia & Junia Norbana, quas  
haud dubie Augustus & Tibe-  
rius tulerunt dicis gratia, &  
quia noblebant videri, quod  
Monarchice imperarent, probe  
gnari, quod illa leges non diu  
effectum habitura essent. Er-  
enim statim sub Claudio Sen-  
tus Palanti, Claudii libero  
prætoria ornamenta deceperit,  
ipsumque censuit, non exhor-  
tandum

## §. XXXIII.

Sed, si iam desit illa differentia, si jam tempore Antonini Imperatoris, qui omnibus in Imperio Romano dedit jus civium Romanorum, (s) differentia inter ingenuos & libertinos sublata est; certe falsum est, quod Julianianus demum eam sustulerit, adeoque opera ejus frustranea est. Imo vero illa differentia non plane desit, sed reliquiae ejus hinc inde remanserunt. Et Antoninus Imperator saltem ingenuis jus civitatis Romanae dedit, non libertinis. (t)

C 3

CAP. II.

tandum modo, verum etiam compellendum ad usum aureorum annulorum Plinius l. 8. Epigr. 5. Icellus quoque Galba libertus annulis aureis & Marcianni cognomine donatus. Tacit. l. pisi. Sueton. in Galba c. 14. Vitellius Imperator libertum suum Asiaticum, fedum mancipium & malis artibus ambitosum, primo Imperii die aureis donavit annulis super conam, cum mane rogantibus pro eo cunctis detectatus esset feveris-

sime talem equestris ordinis maculam. Sueton. in Vitell. cap. 12. Tacit. lib. 2. hist. Ejusdem Vителлиi frater Lucius servum Verginii Capitonis annulis donavit, in quibus etiam hic aliquan-

to post patibulo affixus est. Tacit. l. 4. hist. Sic Domitianus servum Herruscum aureo annulo donatum inter Equites retulit. Statius lib. 3. Sylva. Pariter & Opilius Macrinus liberinus homo aureis annulis donatus, ipsum imperium Romanum occiso Basiano Caracalla ad se rapuit. Jul. Capitol. in Maccino. Kirchm. de ann. c. 16. p. 165. seq. Adde Martial. l. 5. Epigr. 8. 13. 14.

(s) l. 17. ff. de statu hom.

(t) Spanheim. de orbe Rom. Exerc. cap. 5. Scilicet Romana civitas per gradus extraneis concessa, primum in Italia municipiis, dein toti Latio; Mox universa Italia; porro aliquot extra

extra Italiam vel privatis, vel  
oppidis, vel Provinciis: Exinde  
nobilissimarum in orbe Roma-  
no urbium primoribus, aut li-

mitaneis militibus; tum omni-  
bus in orbe Romano ingenuis;  
tandem omnibus libertis. Idem  
*ibid.*, p. 227.

**CAPUT II.**

## **Usus practicus juris Romani in foris Germaniae.**

**SUMMARIA.**

*Quid in distinctione praesenti sit juris Gentium, quid juris Civilis.* §. 1. *Quae juris Gentium sunt apud Germanos etiam fuere & sunt in usu.* §. 2. *Quae juris Civilis Romani, ea nullum apud Germanos habeat usum practicum.* §. 3. *Etiamsi hodie post receptum jus Justinianum in quibusdam circumstantiis similitudinem habent cum jure Romano.* §. 4. *Fontesძ condorum de differentia inter ingenuos & libertinos.* §. 5. *Liberto-rum status apud Germ. tempore Taciti.* §. 6. *Divergabo, qui fuit postea sub Francis.* §. 7. *Manumis-siones Germanorum sub Francis Regibus.* §. 8. *Secun-dum legem Salicam.* §. 9. *Secundum legem Romanam.* §. 10. *Mediante Epistola.* §. 11. *Manumissiones vel gratuita vel non.* §. 12. *Ingenuitas manumissorum qualis.* §. 13. *Scil. Denarialium.* §. 14. *Mansoarii qui.* §. 15. *Reservatio operarum.* §. 16. *Tum chal-tulariorum, manumissorum a Laicis.* §. 17. *(Primi) Onera libertorum.* §. 18. *Onera libertorum.* §. 19. *De-nique a Clero.* §. 20. *Clerus rarissime manumittebat.* §. 21. *Li-*

§. 21. *Liberti & servi Ecclesiastici durioris conditionis quam Laici.* §. 22. *Confusio communis doctrinae de libertate Germanorum. Transitus ad ingenuos.* §. 23. *Speculi Suev. sententia de triplici ingenuitate valde dubia.* §. 24. *Ingenuitas summa.* §. 25. *Et infima.* §. 26. *Media ingenuitas duplex.* §. 27. *Una Nobilium ministerialium & proprietorum.* §. 28. *Altera libertorum in urbes translatorum.* §. 29. *Usus distinctionis ingenuitatis variae.* §. 30. *Confusio illius parum Clero.* §. 31. *Partim abusu regalis nobilitandi adscribenda.* §. 32. *Origo emulationis inter Nobiles & urbicos &c.* §. 33. *Manumissiones & hodie in usu.* §. 34. *Earum effectus.* §. 35. *Antiqui duo modi manumittendi Germanici non sunt in usu.* §. 36. *Modus in Ecclesia vix quadrat cum jure Principum Protestantium.* §. 37. *Modus spurius manumissionis per baptismum.* §. 38. *Frequentior modus hodie per Epistolam.* §. 39. *Ubi tamen non sunt necessarii quinque testes.* §. 40. *Dominiana quaestio de manum. per vindictam.* §. 41. *Explicatur privilegium Academiu Chiloniensis.* §. 42. *Interim vindicta manumittere hodie non prohibitum, sed ridiculum.* §. 43. *Usus spurius Latinorum & deditorum.* §. 44. *Item constitutiorum de latin. & dedit. libert. toll.* §. 45. *Ingenuitas an ex patre an ex matre simetur.* §. ult.

§. I.

Q Uemadmodum distinctio inter homines liberos & servos juris Gentium est, ita pariter distinctio inter ingenuos & libertinos apud omnes Gentes fuit in usu haec tenus, ut manumis-

*Quid in distinctione praesenti juris Gentium, quid juris*

numissiones servorum, quæ sunt juris Gentium, fecerint differentiam aliquam inter manumissos & reliquos liberos homines: At quod modos & solennitates manumittendi attinet, item non spectat prælationem & eminentiam ingenuorum præ manumisis, quod variros gradus ingenuitatis aut libertinitatis concernit, singularē fere Gentes in his capitibus suos habuerunt mores & leges peculiares, ut adeo eadem capita non sine referenda ad jus Gentium, sed ad jus Civile singulorum populorum.

§. II.

*Quæ juris Gentium sunt, apud Germanos etiam fuerit, & sunt in usu,* His suppositis facile judicari potest, quod, quia apud Germanos distinctio inter liberos & servos in uila semper fuit, manumissiones etiam ipsis non poterint esse incognitæ, (a) sed etiam simul in usu & fuerint, & sunt hodienum, ac adeo non posit non aliqua juris differentia fuisse & esse inter ingenuos & libertos etiam apud Germanos,

§. III.

*Quæ vero jus Romanum de modis manumissionis de-*

*lum apud Germanos* (a) Nam manumisso & servitus se invicem presupponunt, & relationem habent ut practicum, causa & effectus, aut certe ut antecedens & consequens. Ubi servitus est recepta, regulariter sequuntur manumissiones. Et manumisso cum sit servorum, presupponit eadem certe exi- stentiam servitutis. Unde parum cohæret doctrina communis, quod servitus apud Germanos sit sublata, & tamen in usu sit manumisso adhuc hodie, ubi dantur homines proprii. Conf. Dr. Hoppe ad §. 10 inst. de libert. in usu hodierno.

(b) B. Scry.

di, de statu ingenuorum & libertinorum dispositi, ea  
quatenus jus Civile stricte dictum Romanorum conti-  
nent, apud Germanos non habent usum in praxi, par-  
tim, quia Germani manumissiones in usu habuerunt,  
& differentia fuere jura libertinorum & ingenuorum  
apud eos, diu antequam jus Justinianum extitit, aut  
post multa secula receptum in Germania fuit, partim  
qua quemadmodum mores Romanorum alias a mo-  
ribus Germanorum fuere plane diversi, ita etiam in-  
tuiri manumissionis, & differentiae inter libertinos &  
ingenuos & olim & hodie magna fuit diversitas.

§. IV

Etsi vero hodie, postquam jus Romanum in Ger- *Etiiamsi ho-*  
mania, ut jus subsidiarium publicis Imperii legibus fuit *die post re-*  
receptum, (b) intuitu manumissionis aut differentiae *ceptum jus*  
inter ingenuos & libertos in uno & altero tertio com- *Justiniane-*  
paratio posit institui; tamen ista comparatio sola pro *um in qui-*  
usu practico juris Justiniani haberi nequit, non ma- *busdam cir-*  
gis, ac si quis comparationem inter ingenuos, li- *cumphanis*  
bertos, & servos Germanorum & Turcarum velit *nem habeant*  
instituere, ac inde usum practicum juris Turcici pro- *cum jure Ro-*  
bare. (c) *mane.*

D

s. V. Quæ

(b) B. Strykius differt, præli-  
min de usu modern. Pandect. §. 28.  
(c) Quod si urgeas, in eota-  
men esse differentiam, quod  
jus Turcicum non sit receptum.  
Asperpondebo, receptum esse non

ut ordinarium, sed subsidia-  
rium. Subsidarium autem esse  
non potest intuitu eorum, quæ  
Germani observarunt jam ante  
receptionem, & continuarunt  
post eam. Jus enim subsidia-  
rium

*Fontes di-  
cendorum de  
differentia  
inter ingenu-  
os & liber-  
tinos.*

*Libertorum  
status apud  
Germanos  
tempore Ta-  
citi.*

*Diversus ab  
eo qui fuit  
postea sub  
Francis.*

## §. V.

Quæ igitur dicenda restant de usu practico distinctionis inter ingenuos & libertinos, nequaquam petenda sunt ex legibus Romanis, sed ex moribus & legibus Germaniae, eorumque origo non ex antiquitatibus Romanis, sed Germanicis derivanda. Nos saltem recentebimus potissima, & quasi per indicem. (d)

## §. VI.

Igitur Germanos quod attinet, jam tempore Taciti liberti non multum supra servos erant, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate iis conferbatur, exceptis duntaxat iis Gentibus, quæ regnabantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendeant: Apud cœteros vero impares libertini libertatis potius argumentum, quam vere liberi erant. (e)

## §. VII.

Unde non mirandum, quod subsequentibus temporibus apud populos Germanicæ qui regnabantur ex-

rium est, quod obtinet deficiente jure ordinario, non quod convenit cum jure ordinario.

(d) Plura suppeditabit Potgiesserus de conditione & statu servorum apud Germanos integrum lib. 3. cuius industria & hic commendationem mereatur. Adde & alios autores in sequentibus paragraphis pasim citandos.

(e) Tacitus de morib. German. XXV. 4. 5. ubi per eos qui regnabantur Tacitus non intellexit Romanos, ut eum videatur intellexisse Potgiesserus ad. 6. 3. cap. 20. §. 2. sed Germanorum populos, qui sub Regibus erant. Quanquam eadem apud utrosque sit ratio, per dicta superius cap. 1. §. 32. in nota, cui illustranda inservient & alia ex- empla

gua esset differentia inter ingenuitatem & libertitatem,  
vel certe non tanta, ut olim tempore Taciti in popu-  
lis liberis. (f)

§. VIII.

Modos manumittendi etiam habuerunt Germani  
nisi proprios, & a manumissionibus Romanorum dif-  
ferentes. Tempore Julii Cæsaris & Taciti quibus riti-  
bus manumiserint servos suos, non constat. At tem-  
pore Regum Francorum, (g) postquam hi Christia-  
nismum profesi sunt, manumittebantur servi vel se-

D 2

cun-

empla a Potgiessero ex historia  
Romana ibidem allata.

(f) Ob rationem allatam  
is d. §. 32. cap. 1. Hinc & apud  
Francos manumissiones dice-  
bantur ingenuitates. Fortasse  
inquit Hier. Bignonius in notis  
ad Marculf. apud Baluzium in Ca-  
piul. Regum Francie Tom. 2. p. 945.  
quod libertitatis ab ingenuitate  
dissimila ab usu recessisse, &  
ad solam manumittentis voluntati  
tem attenderetur, qui pro arbi-  
trio libertatis leges dicebat, ut non  
paucis posset probare exemplis. Et  
mox p. 946. Quid miror, nam  
jura ingenuitatis a Principe more  
Romano impetranda erant. Nisi  
dixeris, barbaris undique Gallias  
occupantibus hunc modum ab usu

recessisse. Ex quo factum, ut id  
omne ex dominorum arbitrio &  
beneficio penderet. Et inde paula-  
tim manumisso ingenuitas dicta.  
Nec vero ad Novellam Justiniani,  
qua referat, per quam ingenuitatis  
jura omnibus libertis dedit, cum  
satis conset, jus Justinianum tunc  
Gallis ignotum fuisse. His verbis  
ultimis illustrantur a nobis di-  
cta §. 3. & 4. Ceterum cum  
hac Bignonii observatione jun-  
genda tamen erant, quæ infra  
suo loco monebimus, de variis  
gradibus ingenuitatis apud  
Germanos.

(g) Apud Longobardos &  
Anglos fuerunt etiam alii modi  
manumissionum recepti per  
quartam manum, per sagittam,  
per

secundum legem Salicam, vel secundum legem Romanam.

*Secundum  
legem Salicam.*

§. IX.  
Secundum legem Salicam ante Regem jactato denario, vel excusso nummo de manu ipsius servi, unde appellabantur postea denariales. (h)

*Secundum  
legem Romanam.*

Secundum legem Romanam, quando quis in Ecclesia traditis tabulis coram Clero & plebe rogabat servum suum manumitti, iussu Episcopi Archidiaconus tabulas manumissionis scribebat, quæ tabulae quandoque capiti servi imponebantur. Tales dicebantur chartularii & tabularii. (i)

*Mediante  
Epistola.*

§. XI.  
Addit quidem Bignonius (k) tertium modum per Epistolam privatam, formulis nonnullis Marculphi

per traditionem armorum &c. videatur Dufresnius voce manusilio f. 421. & quæ integris capitibus de his modis adnotavit Pottgeserus d. lib. 3. Nos de illis ideo non agimus, quod in specie solliciti sumus de moribus Germaniæ, non de moribus populorum a Germanis ortorum. Addit, quod Longobardi in Italia miscuerint haud dubie mores patrios cum moribus Romanorum,

(h) Paulus Hachenbergius Germania media dissert. 2. §. 24. Paulus Voetius ad inst. de libentinis p. 123.

(i) Voetius d. l. lex Ripuar. tit. 60. §. 1. Dufresnius voce manusilio p. m. 418. seqq. Per legem Romanam vero hic non intelligitur jus Justinianum, sed Codex Theodosianus. Vid. Conring. de O. J. G. c. 20. p. 109.

(k) Bignonius ad formul. Marculphi Tom. II, Capit. Baluzii fol.

nis motus, sed videtur hic modus a manumissione in Ecclesia facta non esse separandus. Antequam enim servus jussu Episcopi manumitteretur, ejusmodi epistola dominus manumittens voluntatem suam declarabat. (1)

§. XII.

Fiebant vero manumissiones a dominis vel gratis pro remedio animæ, & pro æterna retributione, vel accepto pretio. (m)

Manumissio-  
nes vel gra-  
tuitæ vel nos-

§. XIII.

Et si vero in formulis tam denarialium, quam Ingenuitas chartulariorum libertorum ingenuitatis fieret mentio, manumisso- rarissime tamen plenam ingenuitatem accipiebant ejus- rum qualis. modi manumissi.

§. XIV.

Qui enim secundum legem Salicam manumitte- scil. dena- bant Laici, (nam Clerici non nisi in Ecclesia manumi- rialium. fesse videntur, (n) ) per formulam accipiebant ingenui- tatem, ut reliqui mansoarii. (o)

D 3

§. XV.

fol. 904, 945. Cum Bignonio & ibi Bignonius f. 966. Capitul. L 5. c. 207. apud Lindenbrogium cap. 9. sentit etiam Potgiesserus lib. 3. p. 963.

(1) Per d. tit. 60. leg. Ripuar.

(m) Form. Marculfus apud Baluz. f. 423. c. 32. 33. 34. Conf. dis- sent. Dñ. Presid. de jure dandi civitatum. Pretium in pecunia dabant servus de rebus scienti do mino, Marculf, append. c. 48.

(n) d. tit. 60. leg. Ripuar. §. 1. verbis: Secundum legem Romanam qua Ecclesia vivit.

(o) Marculfus l. i. form. 22. Baluz. f. 387.

(p) Form.

(Manfoarii  
qui.)

## §. XV.

Constat autem quod manfoarii tenerentur domino vel Regi de manfo, id est fundo suo singulis annis censum dare, (p) unde bona censitica, quæ communiter a juris Romani Professoribus confunduntur cum fundis emphiteuticis.

## §. XVI.

(Reservatio  
operarum.) Quin & verosimile est, dominos manumittentes quandoque a talibus libertis operas rusticas vel alias sibi reservasse.

## §. XVII.

(Tunc chartu-  
lariorum  
manumis-  
serum a Laicis.) Qui in Ecclesia manumittebant, si Laici essent, modo liberam, apertis portis, potestatem abeundi, quovellent, manumisssi concedebant in tabulis manumisso-  
nis (q) (unde passe ports (r)) : modo omnia bona simul transferrebat, & potestatem testamenta condendi con-  
cedebant, (s) modo operas sibi reservabant ad dies vi-  
tae, (t) modo alias conditiones vel modos appone-  
bant, v.g. ut annis singulis in Ecclesia, ubi corpus do-  
mini manumittentis quiesceret, luminaria procura-  
rent. (u)

## §. XIX.

- |  |  |
|--|--|
| (p) Bignonijs <i>ibid. f. 906.</i>   | dicuntur, pertinent ad Gallos                                |
| (q) Form. apud Lindenbrog.<br><i>cap. 96. 101.</i>                               | tantum. Nam in Germania                                      |
| (r) Hertijs <i>de literis commen-</i><br><i>tus §. 2.</i>                        | testamenti factio tum non erat                               |
| (s) Append. <i>ad form. Marculfii</i><br><i>form. 13. ap. Baluz. f. 440.</i> Quæ | recepta.   |
| vero de potestate testandi hic   | (t) Marculf. <i>lib. 2. cap. 33. fol.</i><br>424. ap. Baluz. |
|  | (u) Marculf. <i>ibid. cap. 34.</i>                           |

(w) Per

§. XIX.

Qui liberam abeundi potestatem accipiebant, illi (*Primi cives*) plerumque ab Episcopis, ut verosimile est, (*w*) adhibiti *ex libertate*, fuerunt ad fundandas in Germania urbes.

§. XIX.

Et regulariter tam denariales quam chartularii *Onera libertorum* non antea hæreditatem acquirere poterant, quam si usq; (*x*) ad tertiam generationem pervenissent. Non admittiebantur etiam testimonia libertorum contra ingenuos. Imo & liberi eorum demum post tertiam generationem admittebantur. (*y*)

§. XX.

Qui vero a Clericis manumittebantur, siquidem *Clericus a Clero.* eum in finem ut sacerdotium assumerent, plenisimam accipiebant libertatem, & cives Romani vocabantur, sed in speciem saltē, quia id fiebat sub conditione, ut servirent Deo in Ecclesia, & bona sua Ecclesiæ acquirent. (*z*)

§. XXI.

Extra hanc causam Clerus, qui tantum ad accipendium, non ad dandum erat adsuetus, vere nullos *Clericus a Clero.* fervos manumittebat, imo si maxime manumisisset Epi-

(w) Per dicta a Dn. Praeside  
differt, de jure dandi civitatem.

(x) Bignon. ad Martulf. Tom. II. Baluz. f. 904.

(y) Lib. 6. capitul. 352. ap. Baluz. Tom. I. f. 983.

(z) Appendix Marculf. cap.

8. ap. Baluz. Tom. 2. fol. 440. ver.  
bis: Sicut ab humana servitute li-  
beratus, ita per divinam doceas &c.  
Conf. Bignon. in notis f. 956.  
seq.

(a) Cet-

Episcopus quosdam ex familia Ecclesiæ, dicebatur id in condemnationem animæ suæ fecisse, & successor eos revocabat. (a)

## §. XXII.

*Liberti &  
servi Eccle-  
siastici duri-  
oris conditi-  
onis quam  
Laici.*

Quod si maxime manumissiones a Clero fierent, id tamen magis dicis gratia siebat, & jam ab aliis ob-servatum fuit, non solum servorum Ecclesiasticorum conditionem longe duriorem fuisse, quam Laicorum, sed & libertorum, ut qui fere nomine saltem differe-bant a servis. (b)

## §. XXIII.

*Confusio  
communis  
doctrine de  
libertis Ger-  
manorum.  
Transitus ad  
ingenios,*

Tentavimus doctrinam de manumissionibus & libertis Germaniæ mediae confuse tractatam, utcunque in ordinem redigere, (c) et si facile veniam speremus, fi-alicubi

(a) *Capit. Ludovici II. cap. 15.*  
apud Baluz. Tom. 2. f. 366.

(b) *Vid. Dn. Praes de jure  
dande civitatis §. 19. 20. Adde  
can. Diaconi 35. can. liberti 61. can.  
de libertis 63. can. liberti 65. C.  
12. qu. 2. Hertium de hominibus  
propriis Sect. 1. ch. 7. in fine. quam-  
vis nomina diversa libertorum,  
ut putat Ecclesiasticorum, sci-  
licet Liti, Servitores, Saxones,  
Slavi, Coloni, Tributarii ma-  
gis videantur denotare varia  
terorum genera.*

(c) *Quid in Pauli Hachen-*

*bergii Germania media in ge-  
nere desiderer Dn. Praes, in-  
dicavit in diff. de orig. feude-  
libus §. 7. lit. c. Sic v. g. in diff. 2. §. 24. & 25. graviter errat.  
dum ex lege Ripuaria tit. 60. §. 1.  
probare vult, ac si manumis-  
satio pretio sit eadem cum ma-  
nummissione secundum legen-  
Romanam. Nam in verbis  
legis: *Qualiscunque Francus ser-  
vum suum pro anima sua remedi-  
seu pretio secundum legem Roma-  
nam liberare voluerit, premium  
non denotat pecuniam aut res  
pecunia**

alicubi  
tate G

Si  
Svevi  
liberta  
media  
rum. (a)  
famus.

pecuni-  
rium ani-  
lib. 3. cap.  
Seq. & i  
Hignoni  
rus coll  
ordinem  
stulian,  
& dicen  
(d) Q  
in hac  
nobis pr  
qui potu  
monem  
tais. N  
vel conf  
(e) &  
full man  
Leute.  
Streven.

alicubi forte erraverimus. (d) Nunc etiam de ingenuitate Germanica dicendi tempus erit.

§. XXIV.

Si tuto sequi possemus tradita a collectore speculi *Speculi Speculi Spe-  
Svēvici, res foret expedita. Is enim triplicem dicit fuisse vici senten-  
libertatem seu ingenuitatē, maximam Principum,<sup>tia de tripli-  
medium vasallorum principalium, minimam liberto-  
rum. (e) Sed huic quidem autori fidere non pos-  
sumus. (f)</sup> *ci ingenui-  
tate valde  
dubia.**

E

§. XXV.

Pecunia estimabiles, sed *pre-  
ium anime. Conf. Potgiesserum  
lib. 3, cap. 14. & 15. & supra §. 12.  
Sed & in iis, quæ Dufresnius,  
Higgonius, Hertius, Potgiess-  
erant, multa alium  
ordinem & secundas curas po-  
stulant, ut ex haetenus dictis  
& dicendis patet.*

(d) Quia non habuimus, qui  
in hac confusione ordinanda  
nobis präverit, quem tuto se-  
qui potuissemus. Idem etiam  
dicemus de gradibus ingenui-  
taris. Nam & hic omnia dubia  
vel confusa deprehendimus.

(e) Landrecht cap. 47. Hie  
soll man mercken dreyerley freye  
Leute. Es heisst eins Semper-  
Freyen, das sind die freyen Her-

ren als Fürsten / und die andre  
Freyen zu Man haben / daß an-  
dere sind Mittelfreyen / das sind  
die / die der hohen Freyen Man  
sind. Das dritt sind Bauern /  
die frey sind / die heissen freye  
Landsassen. Die hat jeglicher  
Ihr sonder Recht.

(f) Nam (i) quæ dicit de semper  
liberis dubia sunt, si quis cum iis  
conferat, quæ Vadianus habet &  
Goldastus, qui putant, potius  
libertos dictos fuisse a majori-  
bus nostris Semperfrey ex for-  
mula manumissionis: *Semper  
ingenuus & securus existat. Vide  
Potgiesser, cap. 20, §. 7. Pro col-  
lectore vero Speculi videntur  
militare verba recessus Rudol-  
phi I. ap. Lehman. Chron. c. 1095.  
in verbis p. 628. Mag ein jeglich  
Semper-*

## §. XXV.

*Ingenuitas  
summa.*

Videtur tamen compilator magis errasse in explicatione & descriptione triplicis clasfis, quam in re ipsa. Scilicet summa ingenuitas videtur fuisse Principum ac Dominorum, qui regno quidem ministeria debebant, militaria potissimum, sed non aliis Principibus & Dominis. Hi ab eminentia dignitatis vel offici dicebantur Principes, Duces, Comites; si dignitate vel officio non gauderent, dicebantur Domini simpliciter Herren / Edle / Edle Herren / Freye / Semperfreye (scilicet in strictiore significatu) Freye Herren / Ban-

Semperman / er sey Fürst / oder anders ein Hochman. Sed tamen adhuc dubium est, an non etiam liberi inferioris ordinis dicti sint Semperfrey / ob verba antecedentia: Bezeuget ihr, daß sein Vater vor seinen Richter mit zweyen Sempermännern. xc. Ubi contextus ostendit, ibi per Sempermänner non intelligi Principes & alios altioris conditionis ingenuos, aut certe hos non precise intelligi. Non tamen credo unquam libertos in specie fuisse dictos Semperfrey. Præjudicium Vadiani & Goldast. in eo consistit, quod putavere, semperfrey esse vocem se-

milatinam, cum potius verisimiliter tota sit Germanica, idem significans ac Schribbari frey. Vid. Illustr. Coccejum *Juris publ. prud. cap. 15. §. 33.* Schütter. *ad ius Feud. Alem. cap. 1. §. 1.* Priori etiam suspecta videatur doctrina Speculi Svecici *ibid. §. 34. in fine.* Nam quæ potius adicit von Landsassen / aque falso sum. Non enim credo rufficos, etiam manumissos, dici Freye Landsassen / sed potius ita vocari Nobiles ministeriales. Spec. Sax. *lib. 3. art. 80. §. 2.* ut & hodiendum hac vox prædicatur de Nobilibus, ita ut vox Landsassen sit nomen generis, species sint Schriftsassen & Am-

sassen

Ders.  
rone

& fa-  
qui  
a ser-  
mun-

fassen

Zieg.

aarecam

urbico

dubie

tamen

culatu

Cg

plura

E. Scry

2. n. s.

differen

Petri

Iura au

nera I

citer t

Baron

Rutge

confin

libero

Der-Herren / ingenui (scilicet in eminentiori gradu) Barones, liberi Barones &c. (g)

§. XXVI.

Infima ingenuitas erat libertorum seu rusticorum *Et infima,*  
& famulorum manumissorum, uti haecenus vidimus,  
qui scilicet etiam post manumissionem, parum  
a servis vel hominibus propriis differebant, ac com-  
muni nomine Lasfi, seu Lazzi, item Frilazzi vocaban-  
tur.

E 2

lassen/de quibus vide late Casp.  
Zieg, Senior, ad Calvoli praxin  
auream. Omisit etiam cives  
urbicos die Bürger/ qui haud  
dubie liberi & ingenui sunt, sed  
tamen ad nullam classem Spe-  
culatoris referri possunt.

(g) De singulis his titulis  
plura exempla & testimonia  
B. Strykius *de jure Baronum cap.*  
*2, n. 56. seq.* ubi etiam recte  
dissentit *n. 78. seq.* ab opinione  
Petri de Andlo, quasi quoad  
Iura aut rem ipsam duo sint ge-  
nera Baronum, unum simpli-  
citer talium, alterum semper  
Baronum, item ab opinione  
Rungeri Rulandi, tria genera  
constituentis, unum semper  
liberorum, alterum liberorum

Baronum der Freyherren / ter-  
tium simpliciter Baronum, der  
Herren; simul ostendens in ef-  
fectu nullos horum titulorum  
tribuere pinguius jus, sed usu  
Imperii omnes aequali jure gau-  
dere. De *ingenuorum* tamen  
titulo in specie nihil ibi aut  
communiter apud alios D.D.  
deprehendi annotatum. Apud  
Wolfgangium Lazium vero  
de migrationibus Gentium *libro*  
*6. 7. 8.* ubi Genealogia Baro-  
num post Comites recensentur,  
deprehendes titulum *ingenuo-*  
*rum* frequenter & promiscue  
cum titulo liberorum, Domi-  
norum, Nobilium, Equitum  
Nobilium, de Baronibus usur-  
pari.

(h) Vide

tur. Inter quos adeo & ingenuos eminentes maxime palpabilis ratione jurium erat differentia. (h)

### §. XXVII.

*Media inge-* Inter hæc duo ingenuitatis extrema satis sensibi-  
*nuitas du-* lia erat media ingenuitas, eaque duplex, una Nobilium  
*plex.* proprietorum Edler Knechte / altera libertorum, civium  
 urbicorum, quorum prior erat appendix ingenuitatis  
 summæ, posterior extraordinaria quædam ac eminenti-  
 tor conditio ingenuitatis infimæ.

### §. XXIX.

*Una Nobis-* Scilicet cum olim Domini rusticorum seu Nobiles  
*lium ministe-* in Republica libera omnes essent pari modo ingenui,  
*rialium &* postea sub regno Francico pariter omnes soli regno  
*proprietorum,* aut Regi ministeria præstabant ac subditi erant, & Du-  
 cibus quidem ac Comitibus tanquam Magistratibus pa-  
 rebant, non tamen eorum erant subditi; postea in ru-  
 bis sæpius ex necessitate adigebantur, ut se in proprieta-  
 tem & ministeria traderent Principibus ac Ducibus,  
 unde distinctio inter Hohे freye Mann / und Mitter-  
 freyen / qui posteriores etiam dicti Dienstmänner /  
 Dienstleute / Edle Knechte / Eigen Manne / freye Lant-  
 fassen / Ministeriales, Nobiles Ministeriales, &c. (i)

### §. XXIX.

(h) Vide Dn. Præfid. de jure  
*landæ civitatis* §. 7. & 17. ubi do-  
 cuit, Lassos non esse seruos. De  
 origine Lassorum, uti ordina-  
 tie, ubi de origine rerum ac

jurium Germanicorum agitut.  
 fabulas refert Autor Spec. Se-  
 xon. lib. 3. art. 44.

(i) Late de his egit Heritus,  
 de homin. propriis integra Sch. p.  
 ubi

§. XXIX.

Porro liberti regulariter in rure permanentes, aut etiam famulitum patronorum suorum continuantes, non poterant non parum differre a servis rusticis. Altera liber torum in ur bes transla torum. Cum tamen supra dixerimus, quosdam servos manumissos esse portis apertis in Ecclesia, id factum fuisse verosimile est, eum in finem, ut vel fierent Clerici, vel ut in urbes & civitates abirent. Certe plebem primarum civitatum constitisse ex libertis ejusmodi nulum amplius est dubium. (k)

§. XXX.

Potissima differentia ingenuitatis summæ & infirmæ in eo videtur constitisse, quod olim liberti, etiam cives urbici facti, non viderentur admissi ad dignitates & officia Ducum ac Comitum, & similia, ab his vero non excluderentur plane Nobiles ministeriales, quam rarius admitterentur.

§. XXXI.

Sed ista differentia postea non amplius exacte fuit observata. Causa fuit potissimum duplex. Nam initio liberti poterant fieri Clerici, Clerici vero omnium dignitatum, etiam principalium, participes reddebantr. Academiis ortis Docteres, Professores ac Studioſi Clericis

E 3

whi § de eorum differentia a Nobilibus ingenuis & convenientia cum hominibus propriis ignobilibus seu rusticis.

Conf. Potgiesser lib. 1. c. 2. §. 44.  
(k) Conf. Dn. Präfid. de jure dand, civitatis §. 19. 20. item §. 30.

(l) Vid.

ricis accensebantur, ac ex eadem ratione pariter ad dignitatem magisterialem & doctoralem admitebantur liberti, id est etiam rusticorum, qui non amplius essent homines proprii, liberi.

## §. XXXII.

*Pariter ab usui regalis nobilitandi adscribenda,* Deinde cum omnino etiam ad Reges Germania pertineret jus nobilitandi, seu liberto Germano ob merita & alias causas honestas jura ingenuitatis vere Germanicae concedendi, successu temporis insinuavit se in Germania abusus hodienum durans, ut jura nobilitatis & ingenuitatis possent a quoque pecunia emi.

## §. XXXIII.

*Origo amulationis inter Nobiles & urbicos, &c.* Non potuit vero non haec confusio odia excitare inter ingenuos & libertos, Nobiles & plebejos. Unde nec mirandum quod hodienum in Germania maxime simulatio regnet inter Nobiles, etiam ministeriales, & Doctores aut alios civici ordinis homines, quia scilicet primi cives liberti erant, ingenui vero Nobiles; item cur Nobiles in Germania abhorreant a mercatura, quia scilicet in urbibus primi liberti mercaturam exercerunt. (1)

## §. XXXIV.

(1) *Vid. diēt. differt. de jure haec tenus dictorum facientia danda civitatis §. 30. 31. item diff. Addę de illa amulatione loc. Dn. Praefid. de homin. pro- prius §. 99. 91. 93. 94. Ubi plura cum ex Crantzii metropoli apud Potgiesserum. l. l. 6. 2. deprehendes ad illustrationem §. 44.*

(m) Me.

§. XXXIV.

Ceterum manumissiones quod attinet, eae & ho-  
die in locis, ubi sunt homines proprii, sunt in usu.  
Unde & Maximilianus Imperator noluit invito Domino  
servum manumittere, (m) & in Recessibus Imperii  
sub Ferdinando I. constitutum, ut beneficium emigran-  
di concedi debeat gegen billigen Abtrag der Leibeigen-  
schaft / & salvo jure Dominorum, an servos manumit-  
tere velint, nec ne. (n)

*Manumissio-  
nes & hodie  
in usu.*

§. XXXV.

Patet etiam ex formulis novioribus, quod ma-  
numissio etiamsi plena sit, nihil aliud inferat, quam ut  
liberius possit abire, & urbium quarumcunque incola  
fieri. (o)

*Earum effe-  
ctus.*

§. XXXVI.

(m) Mevius in Bedencken  
von Bauern p. 57. n. 36. ex Zafio.  
(n) Rec. Imp. de anno 1555.  
S. 24.  
(o) Vide formulam de anno  
1607. ap. Hortlederum von Ur-  
sachen des Deutschen Kriegs 1. 4.  
c. 48. n. 30. f. 1874. citatam ab  
Hertio de homin. prop. Sect. 5.  
S. 4. Der Servitor oder Leibeigen-  
schaft in alle wege frey / ledig und  
loß / also daß sie mit ihren Leib/  
Doab und Gut wohl anderer Or-  
ten hingiehen / Schutz / Schirm/

Bürger / Stadt- und Landrecht  
suchen können. Sed erravit Her-  
tius: Nam ista formula apud  
Hortlederum non est formula  
manumissionis eines Erlass/  
Brieffs / sed testimonii nativi-  
tatis eines Geburts-Brieffs. Pro-  
pius ergo ad rem accedit for-  
mula altera de anno 1597. ap.  
Eybenium disquis. 2. ad insti-  
Obs. 12. Freyen Sie unsres Ez-  
genthum's dergestalt/ daß sie nach  
freyer Leute Art wohnen und  
haufen mag in allen freyen  
Städten

Antiqui duo  
modi manu-  
mittendi  
Germanici  
non sunt in  
usu.

Modus in Eco-  
clesia vix  
quadrat cum  
jure Princi-  
pum Prote-  
stantium.

Modus spu-  
rius manu-  
missionis,  
per bapti-  
sum,

Frequentior  
modus hodie  
per Epis-  
tam.

§. XXXVI.

Quamvis autem modi manumittendi antiqui per denarium coram Rege & in Ecclesia per chartam non sint lege ulla abrogati, in usu tamen esse desierunt.

§. XXXVII.

Et manumissio in Ecclesia apud Protestantes vix locum habere posset, quia Clerus Pontificius eo ipso, quo servi in Ecclesia manumittuntur, jus protectionis in servos manumissos sibi vindicabat, in tantum, ut nec tabularius coram Rege posset fieri denarialis, videlicet, ne per hoc ex protectione Ecclesiæ transferretur ad protectionem Regis. (p)

§. XXXVIII.

Quemadmodum porro nullo unquam jure re-  
ceptum fuit, ut per professionem Christianissimi quis  
a servitute liberetur; ita jam alibi refutata est eorum  
opinio, qui putant, quod hodie mancipium Turcicum  
liberetur a potestate Domini Christiani, si baptize-  
tur. (q)

§. XXXIX.

Frequentior modus manumittendi hodie est per

Städten / Flecken und Weich-  
bilden / brauchen und genießen  
aller freyer Leute Recht und Ge-  
rechtigkeit / wo ihr das best gele-  
gen ist und eben kommt sc.

(p) Vid. leg. Ripuar. tit. 58. §. 1.

Dufresn. voce manumissio f. n.  
420. Conf. Bignon. ad Marsell.  
form. Tom. 2. Baluz. fol. 945. seq.

(q) Vid. Dn. Präfid. Diff. His-  
torico - Philosophico - Juridico  
quest. 8.

(r) Her-

instrumentum manumissionis, den Erlaß-Brief / Laß-Brief / Loßlassung / Mannrecht. (r)

§. XL.

Et recte quidem afferitur, in hoc instrumento <sup>ubi tamen</sup> non necessarios esse ex constitutione Justiniani quinque <sup>non sunt ne-</sup> testes, non tamen ex ea ratione, quasi jus Justinianeum <sup>cessarii qui-</sup> que testes, <sup>ma</sup> hac parte desierit esse in usū, sed quod idem in Germania <sup>nunquam fuerit receptum.</sup> (s)

§. XLI.

Unde ridiculum esset, quererere, an manumissio per <sup>Domitiana</sup> vindictam hodie apud Germanos sit in usū. <sup>questio de</sup> manum, per <sup>vindictam.</sup>

§. XLII.

Nec obstat privilegium Academiæ Chiloniensis ab <sup>Explicatur</sup> Imperatore Ferdinando III. anno 1652. confirmatum, <sup>privilegium</sup> in quo Academiæ potestas concessa manumissionibus <sup>Academia</sup> quibus cunque, cum vel fine vindicta autoritatem suam <sup>Chiloniensis,</sup> interponendi. (t) Velenim illa verba *cum vel fine vindicta* extant in privilegio, vel ab interprete sunt adjecta, ad exponentum sensum *manumissionis cuius-* cunque. (u) Priori casu docerent quidem, quod ille, qui

F

privi-

(r) Hertius *Sect. 3. §. u. Conf.*  
supra *ib. 35.* Quamvis dubium  
sit, an vox Mannrecht recte hue  
applicetur, per ea, quæ habet  
Wehnerus voce Mannrecht  
item Montmann.

(s) Conf. Dn. Hopp. *ad ins.*  
*b. 1. sub usu bodierno.*  
(t) Vid. Dn. Hopp. *d. l.*  
(u) Nam cum Dn. Hoppius  
verba illa; *cum vel fine vindicta*  
curaverit diversis typis imprimi, &

privilegii illius tenorem in chartam conjectit, ex intempestivo amore erga Sacratissimum Imperatorem voluerit usum prácticum fabularum antiquarum in Germaniam introducere, (w) istum usum prácticum non probaret. (x) Posteriori casu, hic haberes specimen ineptae interpretationis.

## §. XLlll.

*Interim vin-* Nullum tamen est dubium, quia hodie potest do-  
*dici a manu-* minus hominem proprium epistola manuumi-  
*mittere ho-* tere, quin etiam possit, si velit, & Magistratus ejusmodi  
*die non pro-* comedii annuit, manumittentem, ejus caput rāo ver-  
*bibitum, sed* tice tangens, in gyrum agere, addita formula: Hunc ho-  
*ridiculum.* minem liberum esse volo. Poterit succinere Magis-  
*tus:* Ajo te liberum more Quiritium: Poterit lictori fe-  
*stucam tradere;* ut ea caput servi pulset, & manu fa-  
*ciet ac tergum.* Poterit pileum imponere, ac pra-  
*nomen*

mi, & Göckelii liber, quem ci-  
 cit, non sit ad manus, divina-  
 re non potui, an illa verba sint  
 in diplomate Cafareano, an  
 vero interpretationis gratia ad-  
 jecta.

(w) Tales clausula alia pa-  
 riter inepta deprehenduntur  
 etiam in privilegiis Comitum  
 Palatinorum, ex eadem inutili  
 intentione iis inserta, quæ qui-  
 dem in privilegiis extant, sed  
 nusquam apparent in praxi,

quæ res adeo peculiarem di-  
 fertationem meretur.

(x) Mallem enim scire, an  
 Magnificus Academiarum Chilo-  
 niensis Rector ab illo anno  
 1652, hucusque multos hori-  
 nes proprios vindicta manu-  
 miserit? an fasces? an lictor  
 Romanus fuerit adhibitus? an  
 etiam manumisso hæc celebra-  
 ta fuerit, cum ipse in balneum  
 aut theatrum iret? &c.

(y) Hi

nomen Domini manumittentis ei addere. (y) Sed vereor ut ætas nostra aut posterorum tale spectaculum jucundum sit visura.

§. XLIV.

Sed nondum finis est ineptiarum. Etiam interpres juris Saxonici nomine Latinorum Junianorum, item deditiorum torquet ad Germanorum Lässen & Tagewerken / (z) & ita rem magis implicat, quam explicat. Possunt equidem liberti nostri, & potissimum liberti mediae ætatis, ac potissimum a Clero manumisssi cum Romanorum libertis aut dedititiis comparari, sed accurate loquendo liberti Germanorum uti nunquam fuerunt cives Romani, ita nec unquam latini Juniani aut dedititii.

§. XLV.

Igitur nec constitutiones Justiniani de latina & de-  
dititia libertate tollendis in Germanorum libertis ullum

F 2

Item conflo-  
tutionem de  
Latin. & de-  
dit. libert.  
toll.

(y) Hi enim erant ritus in manumisfione per vindictam adhiberi soliti. Vid. Torrent. ad Herat. Sat. 7. lib. 2. vers. 76. Huc spectat elegans locus Per-  
fili Satyra s. p. 75. seq.  
Hui steriles veri, quibus una Quiritem  
Vertigo facit. Hic Dama est, non tressis agaso

Vappa, & lippus. & in tenui farra-  
gine mendax.  
Verterit hunc Dominus, momento  
turbinus exit.  
Marcus Dama. Papa! &c.

(z) Interpres latinus jur. Sa-  
xon. lib. 3. art. 44. Conf. Paul.  
Voet, ad insit. p. 126. n. 3. & 4.

(a) Glos.

ufum habent. Quod enim apud Germanos nunquam fuit, id nec tolli potuit. Etsi hic iterum ineptiat Saxonici juris Glossator, ex nimio juris Justiniane amore. (a)

§. XLVI.

*Ingenuitas an ex patre, an ex matre*, aestimetur, non ex patre, moribns tamen receptum esse, ut ingenuitas ex patre judicetur, quidam statuunt, sed aestimatur. non probant. (b) Alii contra etiam nostro jure ex matre ingenuitatem judicari putant. (c) Sed verius est, moribus nostris ingenuitatem judicari neque ex patre solo, neque ex sola matre, sed ex utroque parente. (d)

(a) Glossator German. n. 6. ad d. art. 44. lib. 3. jur. Provinc. Saxon.

(b) Voetius ad inst. de ingenuis. p. 114.

(c) Hertius de homin. prop. sect. 4. §. 5.

(d) Jus Provinc. Alem. c. 101. §. 1. die Kinder gehören zu der

ārgern Hand. id est, si pater nobilis duxerit plebejam, filius non censeretur esse nobilitatis ingenua, Pariter si plebejus duxerit nobilem, filius erit pl. be- jus, Conf. Petr. de Andlo lib. 12. de Imper. Rom. cap. 12. p. m. 17. & alia exempla apud

Hert. d. l.

COROLLARIA.

I. Admissio Legatorum fluit ex officio humanitatis.

II. Optimo jure rejici possunt legationes assidue.

III. Questio de quarta Divi Pi, an sit omnium bonorum, an veri portions legitime, tota est inutilis.

IV. Cesio ususfructus extraneo facta, non est modus admittendi eum.

V. Querela non numerata pecunie præterlapsa biennio non habet locum.

VI. Orto in edibus incendio, magis locatori, quam inhabitantii, incurrat probatio respectu culpe.



**ULB Halle**  
005 387 418

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSESSATIO INAUGURALIS,

DE

# JSU PRACTICO DI- STINCTIONIS HOMINUM IN INGENUOS ET LIBERTINOS,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

ON. PHILIPPO WILHELMO,  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENB. ET DUCATUS MAGDEB. GUBER-  
NATURE, RELIQUA.

Ex decreto & auctoritate Illustris JCtorum ordinis

ON. CHRISTIANO THOMASIO,  
OTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTI-  
MO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PRO-  
FESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ  
ORDINARIO, h. t. DECANO,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia  
legitime consequendi

IN AUDITORIO MAIORI

Ad D. 1. Octobr. Anno M DCC XI. horis ante & pomeridianis

Publico Eruditorum Examini submittit

ARNOLDUS von der PORTZEN,  
Clivia-Clivensis.

Hab. Magdeburgice, LITTERIS SALFELDIANIS.

1911 232